

statuimus, ut nullum alicuius ingenii instrumentum vel scriptum, quocumque modo acquisitum seu acquirendum, contra hanc serenissimi imperatoris et nostram protectionem ac confirmationem quicquid unquam valeat vel quisque hominum, magnus vel parvus, contra hoc temptare presumat. Et si aliquomodo, quod absit, contra hoc attemptare presumpserit sive aliquod ingenium vel scriptum induxerit, omnino contradicimus^a et in¹ irritum revocamus. Si² quis autem, quod absit, contra statuti decretum memorati Coloniensis electi et Italie cancellarii^b ac contra hanc invictissimi imperatoris et nostram confirmationem seu constitutionem venire presumpserit vel aliquomodo infirmare tentaverit, pene 1000 librarum subiacet earumque medietatem camere imperiali, alteram medietatem abbacie prenotate et abbati persolvat. Quodsi eandem pecuniam persolvere non poterit, personam ipsius publicamus et omnes possessiones eius in modum memorate pecunie fisco imperiali et prenotate abbacie eiusque abbati asscribimus.

Testes hii fuerunt: Pistoriensis episcopus Gratianus, Camerinus episcopus Tuduinus, abbas sancti Antimi Wido, abbas de Campuleone, abbas sancti Eutitii, abbas de Zambona, abbas sancti Salvatoris de Pete^c; laici: prefectus urbis Rome Petrus, comes Wido Verra, comes Albertus de Prato, marchio Wernerus, Jonatas comes Tusculanus et alii quam plures.

Data fuerunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo sexagesimo quinto, indictione decima tertia, regnante Federico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius 13³, imperii vero 10, in campo Anangie tertio non. Iunii, feliciter, amen.

Reichskanzler Christian, Erwählter von Mainz und Legat in Italien, schenkt dem Abte Fransian für herrlichen Dienst, den er dem Reiche und ihm im Gebiete von Rom und der Campagna geleistet hat, neun genannte Massarien in Casaprato mit allem Zubehör, wie sie der verstorbene Markgraf Wido (von Tuscien) als Reichslehen besass.

1166, Kloster Monte-Acuto⁴.

a) *contradixerit*. b) Sic. c) *Reate*?

1) *in irritum revocamus* Friedrich I. 2) Was fortan in kleinem Drucke erscheint, entspricht der Urkunde Reinalds. 3) Das 13. Königsjahr war am 9. März 1165 abgelaufen; die falsche Berechnung entspricht dem Gebrauche der kaiserlichen Kanzlei. Vgl. S. 132 Anm. 1. 4) Nördlich von Perugia.